Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Epistola ad Ephesios

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

qui circumciduntur legem custodiunt. sed uo
lunt uos circumcidi ut in carne uestra glo
rientur. Michi autem absit gloriari nisi in cru
ce domini nostri ihesu christi per quem michi mundus crucifixus
est et ego mundo. In christo enim ihesu neque cir
cumcisio aliquid ualet neque preputium. sed no
ua creatura. Et quicumque hanc regu
lam secuti fuerint pax super illos et miseri
cordia et super israel dei. De cetero nemo michi molestus
sit. Ego enim stigmata ihesu in corpore
meo porto. Gratia domini nostri ihesu christi cum
spiritu uestro fratres. Amen. Explicit epistola
ad Galathas. Incipit prologus in epistolam ad
Ephesios.
Ephesii sunt asyani. Hii ac
cepto uerbo ueritatis perstite
runt in fide. Hos col
laudat apostolus scribens eis a roma de car
cere per tichicum diaconem. Sciendum
sane quod hanc epistolam quam nos ad ephe
sios scriptam habemus heretici marci
ani maxime ad laudicenses adtitu
lant. Incipit epistola ad Ephesios.
Paulus
apostolus ihesu
christi per uo
luntatem
dei sanctis
omnibus qui
sunt ephe
si et fidelibus
in christo ihesu gratia uobis et pax a deo patre
nostro et domino ihesu christo. Benedictus deus et
pater domini nostri ihesu christi qui benedixit
nos in omni benedictione spirituali in ce
lestibus in christo. sicut elegit nos in ipso
ante mundi constitutionem ut essemus sancti
et immaculati in conspectu eius in caritate. qui pre
destinauit nos in adoptionem filiorum

per ihesum christum in ipsum secundum propositum uolun
tatis sue in laudem glorie gratie sue in qua
gratificauit nos in dilecto filio suo. in
quo habemus redemptionem per sanguinem
eius remissionem peccatorum. secundum diuitias
gratie eius que superhabundauit in nobis in omni
sapientia et prudentia ut notum faceret nobis
sacramentum uoluntatis sue secundum bene
placitum eius quod proposuit in eo in dispensa
tione plenitudinis temporum. instaurare
omnia in christo que in celis et que in terra sunt
in ipso. in quo etiam sorte uocati sumus pre
destinati secundum propositum eius qui omnia operatur
secundum consilium uoluntatis sue. ut simus
in laudem glorie eius qui ante sperauimus in christo.
In quo et uos cum audissetis uerbum ueri
tatis euangelium salutis uestre. in quo et credentes
signati estis spiritu promissionis sancto. qui est
pignus hereditatis nostre in redemptionem
acquisitionis in laudem glorie ipsius. Propterea
et ego audiens fidem uestram que est in christo ihesu.
et dilectionem in omnes sanctos non cesso gratias agens pro
uobis memoriam uestri faciens in orationibus
meis. ut deus domini nostri ihesu christi pater glorie det
uobis spiritum sapientie et reuelationis in agnitione
eius illuminatos oculos cordis uestri. ut
sciatis que sit spes uocationis eius et que di
uitie glorie hereditatis eius in sanctis. et que sit
supereminens magnitudo uirtutis eius in nos.
qui credidimus secundum operationem potentie
uirtutis eius quam operatus est in christo. suscitans
eum a mortuis et constituens ad dexteram suam
in celestibus super omnem principatum et pote
statem et uirtutem et dominationem et omne
nomen quod nominatur non solum in hoc seculo. sed et
in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus
eius. et ipsum dedit caput super omnem eccle
siam que est corpus ipsius. et plenitudo eius
qui omnia in omnibus adimplentur.

explicit epistola ad galathas incipit prologus ad ephesios

II
Et vos cum essetis mortui
delictis et peccatis vestris in quibus a-
liquando ambulastis secundum seculum mundi huius
secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui
nunc operatur in filios diffidentie in quibus
et nos omnes aliquando conversati sumus in desi-
deriis carnis nostre facientes voluntatem
carnis et cogitationum et eramus natura
filii ire sicut et ceteri. Deus autem qui dives est
in misericordia propter nimiam caritatem suam qua
dilexit nos cum essemus mortui peccatis convi-
vificavit nos Christo cuius gratia sumus salva-
ti. et conresuscitavit et consedere fecit in cele-
stibus in Christo Ihesu. ut ostenderet in seculis su-
pervenientibus habundantes divitias gratie sue
in bonitate super nos in Christo Ihesu. Gratia enim
estis salvati per fidem et hoc non ex vobis. Dei
enim donum est non ex operibus ut ne quis glorietur.
Ipsius enim sumus factura creati in Christo Ihesu
in operibus bonis. que preparavit deus ut in illis
ambulemus. Propter quod memores estote quia a-
liquando vos gentes eratis in carne qui dice-
bamini preputium ab ea que dicitur circumcisio
in carne manufacta. quia eratis illo tempore
sine Christo alienati a conversatione Israel et hospi-
tes testamentorum promissionis spem non habentes
et sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Ihesu
vos qui aliquando eratis longe. facti estis pro-
pe in sanguine Christi. Ipse est enim pax nostra.
qui fecit utraque unum et medium parietem ma-
cerie solvens inimicitias in carne sua. le-
gem mandatorum decretis evacuans. ut
duos condat in semetipsum in unum novum ho-
minem faciens pacem et reconciliet ambos
in uno corpore deo per crucem. interficiens inimi-
citias in semetipso. Et veniens evangelizavit
pacem vobis qui longe fuistis et pacem his
qui prope. quoniam per ipsum habemus accessum ambo
in uno spiritu ad patrem. Ergo iam non estis
hospites et advene. sed estis cives sanctorum et
domestici dei. superedificati super funda-
mentum apostolorum et prophetarum ipso summo la-
pide angulari Christo Ihesu. In quo omnis
edificatio constructa crescit in templum
sanctum in domino. In quo et vos coedificamini
in habitaculum dei in spiritu sancto. III
Huius rei gratia ego paulus vinctus
Christi Ihesu pro vobis gentibus. si tamen au-
distis dispensationem gratie dei que data
est mihi in vobis. quoniam secundum revelationem notum
mihi factum est sacramentum. sicut supra scripsi
in brevi prout potestis legentes intelli-
gere prudentiam meam in misterio Christi. quod
aliis generationibus non est agnitum filiis
hominum. sicut nunc revelatum est sanctis
apostolis eius et prophetis in spiritu. esse gentes
coheredes et concorporales et comparticipes promis-
sionis eius in Christo Ihesu per evangelium. cuius factus
sum minister secundum donum gratie que data
est mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi
omnium sanctorum minimo data est gratia hec in
gentibus evangelizare investigabiles
divitias Christi. et illuminare omnes que sit
dispensatio sacramenti absconditi a seculis
in deo qui omnia creavit. ut innotescat prin-
cipibus et potestatibus in celestibus per eccle-
siam multiformis sapientia dei. secundum prefi-
nitionem seculorum quam fecit in Christo Ihesu do-
mino nostro in quo habemus fiduciam et accessum
in confidentia per fidem eius. Propter quod peto
ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis
que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto
genua mea ad patrem domini nostri Ihesu Christi.
ex quo omnis paternitas in celis et in ter-
ra nominatur. ut det vobis secundum divitias
glorie sue virtutem corroborari per spiritum
eius in interiorem hominem habitare Christum per fi-
dem in cordibus vestris. In caritate radi-

cati et fundati ut poſſitis cŏphendĕ cum
omnibꝫ ſanctis q̄ ſit latitudo longitudo
ſublimitas et pfundum· ſcire etiam ſu
pereminente ſcientie caritatĕ xpi· ut
impleamini in omnē plenitudinē dei·
Ei aūt qui potens ē omnia facĕ ſup
habundant q̄m petim⁹ aut itelligim⁹
ſcd̄m uirtutem q̄ opatur in nob· ipi gl̄a
in eccl̄ia et in xp̄o ihu· in omnes gene
rationes ſcl̄i ſclor· amen· IIII
Obſecro itaq; uos frēs ego uinct⁹
in dn̄o· ut digne ambuletis
uocatione q̄ uocati eſtis· cum oī humi
litate et manſuetudine· cum patiā ſu
portantes inuicem in caritate· ſolliciti
ſeruare unitatē ſp̄c in uinclo pacis·
Unū corpus et unus ſp̄c· ſicut uocati
eſtis in una ſpe uocationis ure· Un⁹ dn̄s
una fides unū baptiſma· Un⁹ dē et pr̄
oīm qui ſup omnes· et p omnia· et in oībꝫ
nob· Uniciuq; aūt nr̄m data eſt grā·
ſcd̄m menſuram donationis xp̄i· Propt
qd̄ dicit· Aſcendens in altum captiuā
duxit captiuitatē dedit dona hoībꝫ·
Qd̄ aūt aſcendit· quid ē niſi qr̄ et deſcen
dit pmum in inferiores ptes tre· Qui
deſcendit· ipe ē et qui aſcendit ſup oēs
celos ut adimpleret omnia· Et ipe ded⁹
quoſdam quidem aplos· quoſdā aūt p
phas· alios uō euangliſtas· alios aūt
paſtores et doctores· uſq; ad cŏſummatioēȝ
ſcōrum in opus miniſterii in edificatioēȝ
corpis xp̄i· donec occurram⁹ oms in unita
tem fidei et agnitionis filii dei· in uiru
pfctm· in menſurā etatis plenitudis
xp̄i· ut iam n̄ ſim⁹ puuli fluctuantē
et circumferam̄ oī uento doctrine· in neq
tia hoīm in aſtutia ad circumuentionē er
roris· Ueritatē aūt facientes in caritate
creſcamus in illo p omnia· qui ē caput xp̄s·
ex quo totum corp⁹ cŏpactum et conexum
p omnem iuncturā ſubminiſtrationis· ſcd̄m
opationem in menſuram uniuſcuiuſq; mēb
augmentū corpis facit in edificationē ſui
in caritate· Hoc ḡ dico et teſtificor in dn̄o
ut iam n̄ ambuletis· ſicut et gentes am
bulant in uanitate ſenſus ſui· tenebris
obſcuratum hn̄tes intellectū· alienati
a uia dei p ignorantiam q̄ eſt in ill· ppt
cecitatem cordis ipor· qui deſpantes ſe
metipōs tradiderunt inpudicitie in opati
onem inmundicie omnis in auaritia·
Uos aūt n̄ ita didiciſtis xpm· ſi tn̄ illum
audiſtis et in ipo edocti eſtis· ſicut ē ūitas
in ihu· Deponite uos ſcd̄m priſtinam cŏu
ſationē ueterē hominē qui corrumpit
ſcd̄m deſideria erroris. Renouamini aūt ſpu
mentis urē· et induite nouū hoiem qui
ſcd̄m dm̄ creat⁹ ē in iuſtitiā ſcitate ūitatis·
Propter qd̄ deponentes mendatiū· loquimini
ueritatem uniuſq; cum pximo ſuo· qm̄
ſum⁹ inuicem mēb· Iraſcimini et nolite
peccare· Sol n̄ occidat ſup iracundiam
urām· Nolite locum dare diabolo· Qui
furabatur iam n̄ furet· magis aūt la
boret opando manibꝫ ſuis qd̄ bonū ē·
ut hēat unde tribuat neceſſitatē pati
enti· Omnis ſermo malus ex ore urō n̄
pcedat· ſi ſiquis bon⁹ eſt ad edificationē
fidei ut det grām audientibꝫ· Et nolite
contriſtare ſpm ſcm̄ dei· in quo ſignati e
ſtis in die redemptionis· Omis amaritudo
et ira et indignatio et clamor et blaſphe
mia tollatur a uob cū oī malitia· Eſtote
aūt inuicem benigni miſericordes· donā
tes inuicē· ſic et dēs in xp̄o donauit uob· V
Eſtote ergo imitatores dei ſic filii
kmi· et ambulate in dilectiōe ſic et

xpc dilexit nos. et tradidit semetipm pro
nob. oblationem et hostiam deo in odorem
suavitatis. Fornicatio autem et omnis inmun
ditia aut avaritia nec nominetur in vob
sicut decet sanctos. aut turpitudo aut stul
tiloquium aut scurrilitas que ad rem non pti
net. sed magis gratiarum actio. Hoc autem scitote
intelligentes. quod omnis fornicator. aut
inmundus aut avarus quod est ydolorum servitus
non habet hereditatem in regno xpi et dei. Nemo
vos seducat inanibus verbis. Propter hec enim ve
nit ira dei in filios diffidentie. Nolite
ergo effici participes eorum. Eratis enim aliqn
tenebre. nunc autem lux in dno. Ut filii
lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni
bonitate et iustitia et veritate. probantes quid
sit beneplacitum deo. Et nolite communi
care operibus infructuosis tenebrarum. ma
gis autem redarguite. Que enim in occulto fi
unt ab ipsis. turpe est et dicere. Omnia enim que
arguuntur. a lumine manifestantur. Om
ne enim quod manifestatur lumen est. Propter quod dicit.
Surge qui dormis. et exurge a mortuis
et illuminabit te xpc. Videte itaque fratres quomodo
caute ambuletis. non quasi insipientes. sed
ut sapientes. redimentes tempus quoniam dies
mali sunt. Propterea nolite fieri inprudentes
sed intelligentes que sit voluntas dei. Et
nolite inebriari vino. in quo est luxuria.
sed implemini spiritu loquentes vobmetipsis
in psalmis et ymnis et canticis spiritalib
cantantes et psallentes in cordibus vestris
dno. gratias agentes semper pro omnibus
in nomine dni nri ihu xpi deo et patri
subiecti invicem in timore xpi. Mulieres
viris suis subdite sint sicut dno. quoniam
vir caput est mulieris. sicut xpc caput est
ecclesie. ipse salvator corporis eius. Sed ut ec
clesia subiecta est xpo. ita et mulieres
viris suis in omnibus. Viri diligite uxo
res vestras. sicut et xpc dilexit ecclesiam. et
semetipsum tradidit pro ea ut illam sanctifica
ret. mundans lavacro aque in verbo vite.
ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non
habentem maculam. aut rugam aut ali
quid eiusmodi. sed ut sit sancta et inmacula
ta. Ita et viri debent diligere uxores suas.
ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit.
seipsum diligit. Nemo enim umquam carnem
suam odio habuit. sed nutrit et fovet eam.
sicut et xpc ecclesiam. quia membra sumus corporis
eius de carne eius et de ossibus eius. Propter
hoc relinquet homo patrem et matrem. et
adherebit uxori sue. et erunt duo in carne
una. Sacramentum hoc magnum est ego autem
dico in xpo et in ecclesia. Verumtamen et vos
singuli unusquisque suam uxorem sicut seipsum
diligat. Uxor autem timeat virum suum.
Filii obedite parentibus vestris VI
in dno. hoc enim iustum est. Honora
patrem et matrem quod est mandatum primum in
promissione ut bene sit tibi. et sis longevus
super terram. Et patres nolite ad iracundiam
provocare filios vestros. sed educate illos in
disciplina et correptione dni. Servi. obe
dite dnis carnalibus cum omni timore et
tremore in simplicitate cordis vestri sicut
xpo. non ad oculum servientes. quasi hominibus
placentes. sed ut servi xpi facientes vo
luntatem dei ex animo. cum bona voluntate
servientes sicut dno et non hominibus. scien
tes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum
hoc percipiet a dno. sive servus sive liber.
Et vos dni eadem facite illis. remittentes
minas. scientes quia et illorum et vester dns in
celis est et personarum acceptio non est apud deum.
De cetero fratres confortamini in dno et in poten
tia virtutis eius. Induite vos armaturam

dei ut possitis stare adversus insidias dyaboli.
quia non est nobis colluctatio adversus carnem
et sanguinem sed adversus principes et pote-
states adversus mundi rectores tenebrarum
harum contra spiritalia nequitie in celestibus.
Propterea accipite armaturam dei ut possitis
resistere in die malo et in omnibus perfecti
stare. Stare ergo succincti lumbos ve-
stros in veritate induti loricam iustitie.
et calciati pedes in preparatione evangelii pacis. in
omnibus sumentes scutum fidei in quo pos-
sitis omnia tela nequissimi ignea extin-
guere. Et galeam salutis assumite et
gladium spiritus quod est verbum dei per omnem
orationem et obsecrationem orantes omni tempore
in spiritu et in ipso vigilantes in omni instantia
et obsecratione pro omnibus sanctis et pro me ut
detur michi sermo in apertione oris mei cum
fiducia notum facere mysterium evangelii pro
quo legatione fungor in cathena ita
ut in ipso audeam prout oportet me loqui.
sed verbum dei non est alligatum. Ut autem et vos
sciatis que circa me sunt quid agam omnia
nota faciet vobis tythicus karissimus frater
meus et fidelis minister in domino quem mi-
si ad vos in hoc ipsum ut cognoscatis que
circa nos sunt et consoletur corda vestra.
Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre
nostro et domino ihesu christo. Gratia vobis cum omnibus
qui diligunt dominum nostrum ihesum christum in
incorruptione. amen. Explicit epistola ad ephesios.

Incipit prologus ad philipenses.

Philipenses sunt
macedones. Hii ac-
cepto verbo veritatis
perstiterunt in fide nec
receperunt falsos apostolos. Hos collau-
dat apostolus scribens eis a roma de carcere
per epafroditum. Incipit epistola ad philipenses.

Paulus
et thimoteus
servi ihesu christi
omnibus sanctis
in christo ihesu
qui sunt philip-
pis cum episcopis
et dyaconibus.
gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu
christo. Gratias ago deo meo in omni me-
moria vestri semper in cunctis orationibus
meis pro omnibus vobis cum gaudio
deprecationem faciens super communi-
catione vestra in evangelio christi a prima die
usque nunc. confidens hoc ipsum quia qui
cepit in vobis opus bonum perficiet usque in
diem christi ihesu. sicut est michi iustum hoc
sentire pro omnibus vobis eo quod habeam vos in
corde et in vinculis meis et in defensione
et confirmatione evangelii socios gaudii mei om-
nes vos esse. Testis enim michi est deus quomodo cupi-
am omnes vos in visceribus christi ihesu. Et hoc
oro ut caritas vestra magis ac magis habun-
det in scientia et omni sensu ut probetis poti-
ora ut sitis sinceres et sine offensa in diem
christi repleti fructu iustitie per ihesum christum in
gloriam et laudem dei. Scire autem volo vos fratres
quia que circa me sunt magis ad profectum
venerunt evangelii. ita ut vincula mea ma-
nifesta fierent in christo in omni pretorio et in ce-
teris omnibus ut plures e fratribus in domino con-
fidentes in vinculis meis habundantius aude-
rent sine timore verbum dei loqui. Quidam
quidem et propter invidiam et contentionem quidam autem
et propter bonam voluntatem christum predicant.
quidam ex caritate scientes quoniam in defensi-
one evangelii positus sum. quidam autem ex contentione
christum annuntiant non sincere existimantes
pressuram se suscitare vinculis meis. Quid